Quelle: http://manuscripta.at/?ID=459
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

508 C 36 1

Incipit prologus sententiarum magi
stri Hugonis ex ueteri testamen
to.

Librum de sacramentis christi
ane fidei studio quorundam scribere compulsus
sum. in quo nonnulla que antea dictaueram spar
sim per opuscula quedam eodem stilo exprimere mo
lestum uel superfluum uidebatur inserui. In
quibus si forte sermo simplicior colorem dicta
minis seruare non poterat. non multum incon
uenienter esse putaui. eadem ueritate constante. Hoc autem
magis me mouet. quod cum hec eadem prius negli
gentius dictassem. utpote rudimentum adhuc fu
turi operis propositum huius. passim transscribenda
exposui. sufficere enim arbitratus eius minima
uel annotata in noticiam uenire. Sed
quia primo modum cum eadem huic operi textu inse
rerem. quedam in ipsis mutare. quedam uero adicere
uel detrahere ratio postulabat. lectorem admo
nitum esse uolo. ut sicubi ea extra opus scriptum
aliud. aut aliter aliquid habita inuenerit.
hanc diuersitatis causam esse sciat. et si quid for
te in eis emendandum fuerit. ad huius operis for
mam componat. Sane hoc opus in duos libros
distinxi. quatenus in tanta rerum multi
tudine et prolixitate incisio narrati
onis legentibus tedium tolleret. et simul
utrumque scribere non ualentibus. aut diuisum habere
uolentibus commodiorem formam exhiberet.

Enumeratio partium.

Prior liber a principio usque ad incar
nationem uerbi narrationis seriem deducit.
Secundus liber ab incarnatione uerbi usque ad fi
nem et consummationem omnium ordine procedit.
Item primus liber xii. clausulas siue partes con
plectitur. Prima pars tractat de creatione
et constitutione huius sensilis mundi. Secunda
pars tractat de causa creationis humane.
et de primordialibus causis rerum omnium.
Tercia pars tractat de cognitione dei qua
liter ab inicio manifestatus est. et unus et trinus.
Quarta pars tractat de uoluntate dei. et
de diuersis modis quibus sacra scriptura de uolunta
te dei loqui consueuit. Quinta pars tractat de
creatione angelorum et confirmatione et lapsu. et
de ceteris que ad ipsos pertinent. Sexta pars
tractat de creatione hominis et statu eius ante peccatum.
Septima pars tractat de lapsu. Octaua
de reparatione. Nona de institutione
sacramentorum. Decima de fide. Undeci
ma de sacramentis naturalis legis. Duode
cima de sacramentis scripte legis. Huius libri
capitula per singulas partes subter ordinaui
mus in hunc modum. Cap. I.

Que sint dicenda ante principium.
Que sit materia diuinarum scripturarum. II
Quomodo diuina scriptura per opera conditionis III
descendit ad narranda opera restaura
tionis. Quod tripliciter tractat de materia IIII
sua eloquium sacrum. Quod in sacro eloquio V

Liber sancte marie Neuuenburga claustrali

C. 41